

QVARTVS

ter uerfus austrū **EVONIMITAE** postea **MEDIA AETHIOPIA** & **SEBERIDAE** Comprehendunt autem genera haec **MEROEM** insula; post quae subiacent **CAPACHI** sub quibus **PTOEMPHANES** sub quibus **CADVPI** post quos **ELEPHANTOPHAGI** athiopes/sub quibus **PESENDARAE** & supra paludes **REGIO** est: **CINAMIFERA** inter Nilum aut & ascapodē prope Meroem insula **MEMNONES** & qui australiores sūt: **APEI**. Reliqua regionis quae occidentalia sunt Aethiopum montibus tenent post **Arenosam** & **Siticulosam** regionē: **SCENITAE** & **TRALITAE** post quos **DARADORVM** est genus/postea **ORIPHEI** Venatores/post quos **ENICBENITAE** athiopes: Insula aut iuxta Aethiopiam quae sub Aegypto est: haec sunt/in Arabico quidem Sinu

Ascarta	66	22 $\frac{1}{2}$
Ara palladis	66 $\frac{1}{2}$	21 $\frac{1}{2}$
Gypsitis insula	67	20 $\frac{1}{2}$
Comedorū insulae duae	67 $\frac{1}{2}$	19 $\frac{1}{2}$
Myronis insula	67	18
Catathrae & chelonitides		
duae	68	17 $\frac{1}{2}$
Trisitides insulae duae	67	17
Magorum insula	68	16 $\frac{1}{2}$
Daphnina insula	68 $\frac{1}{2}$	15
Acanthima insula	68	15
Macaria insula	68 $\frac{1}{2}$	14 $\frac{1}{2}$
Orneon insula	69 $\frac{1}{2}$	13 $\frac{1}{2}$
Bachi & antibachi	69 $\frac{1}{2}$	13 $\frac{1}{2}$
Panis insula	68 $\frac{1}{2}$	12
Diodori insula	70	12 $\frac{1}{2}$
Isidis insula	70	11 $\frac{1}{2}$
In Sinu autem Analitis		
Mondi insula	62 $\frac{1}{2}$	9
Post Aromata insulae haec		
Amiti insula	85	4
Mirsiaca insula	84	3 $\frac{1}{2}$
Menae insulae duae	84	2 $\frac{1}{2}$

Ab oriente harum Insularum/pelagus est hippadis dictum/Cui coniungitur ab ortu Solis/Mare Indicum usq; ad orientem

AETHIOPIAE INTERIORIS SITVS.

Cap. IX.

Ethiopia quae est omnibus aliis Australior & hinc Regioni/& Toti Libya subiacet/terminat a septentrione lineis expositis meridionalibus dictarū Regionum: quae scilicet a magno Sinu interioris maris usq; ad Rhaptum educunt promontorium: quod gradus habet. 74. australis. 7 $\frac{1}{2}$. Preterea/ab occasu occidentali Oceano/iuxta Magnum Sinū/a Meridie terminatur Terra Incognita/ab Ortū uero Barbarico Sinu qui dicitur **BREVE MARE** qui extenditur a Rapto promontorio usq; Prassum/Deinde Terra incognita: Prassum aut promotoriū gradus hēt. 80. australis. 15. Cui adiacet ab Aestiuo ortu

Solis/Insula nomine Menuthias/cuius situs 84. australis. 11 $\frac{1}{2}$.

Hunc quippe Sinum circum tenēt: **AETHIOPE ANTHROPOPHAGI** a quorum occidentali parte peruenit Lunae mons/aquo Nili paludes uel lacus Niues suscipiunt: eius fines. 54. australis 12. & 67. australis. 12 $\frac{1}{2}$. supra autem ipso sunt

RHAPTII AETHIOPE Magnum uero Sinum/qui apud occidentalem oceanum est/tenēt **ICHTHIOPHAGI** Aethiopes & his australiores sunt maxime/usq; ad Incognitā Terrā: qui comuni Vocabulo **HESPERII** appellant athiopes: orientales aut magis sunt **ANTACHAE** athiopes/adhuc autē uerfus ortū iuxta totam Libya: **REGIO MAGNA AETHIOPVM** est/inqua Elephātes albi omnes: Rinocerotes & Tigres/iuxta aut Incognitam terrā, Regio athiopum est per maxime extensa **AGYSIMBA** nomine/hēt aut Regio montes alios/multos & magnos usq; ad Incognitam Terram/quae ad noticiam peruenere hui sunt

Dauchis mons	35	Auf. 9
Ius mons	33	Auf. 4
Zipha mons	42	Auf. 4
Mesta mons	43	Auf. 9
Lunae mons	57	Auf. 13
Barditi montes	50	Auf. 4

Ab austro enim nostrae habitabilis usq; ad ipsuz Polum australem/gradus sunt. 73 $\frac{1}{2}$. aut integri. 74.